



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 4. Eudoxius Episcopus Antiochenus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

Sæculum IV. noluit, sed præclaram pueri indolem so.
A. C. 357. lius virtutis studio excoluit, qua Magistra
 tantum profecit, ut, quamvis Doctrina,
 & eloquentia S. Basilio inferior, virtute
 tamen minime cederet.

§. IV.

Eudoxius Episcopus Antiochenus.

Socr. II. 37. Leontio Episcopo Antiocheno Ariano
Soz. 4. 12. defuncto Eudoxius Episcopus Geo-
Theod. II. maniciæ ex ejusdem factionis Principi-
hist. 25. bus hanc Cathedram invasit. Is in Occi-
 dente, & in comitatu Imperatoris erat,
 quando ad aulam de obitu Leontii nun-
 tium perlatum est; tunc solerter ad Im-
 peratorem ait; Sede Antiochena vacan-
 te suam Ecclesiæ Germaniciensi præsen-
 tiam necessariam esse, petitque, ut sibi
 prompte ad eam redire liceret; Impera-
 tor, quid moliretur, non perspiciens,
 eundi licentiam fecit. At ille, Spadoni-
 bus cubiculi jam antea sibi conciliatis,
 eorum potentia fretus, dimissa Ecclesia
 sua Germaniciensi, strenue Antiochiam
 venit, effecitque, ut quasi jubente Impe-
 ratore Episcopus reciperetur, Georgio
 Laodiceno, & Marco Arethusano insciis,
 qui spectatissimi in Syria Episcopi erant,
 omnibusque aliis, quibus huic Electioni

Philost. IV. interesse competebat. Eudoxius origi-
c. 4. nem trahebat ex oppido Arabissa mino-

ris

res

Ma

tit

at

vo

Ep

eu

no

sol

pa

dr

co

Ep

tic

Ar

Pa

lat

fo

di

no

an

th

cu

ba

ti

se

cl

bi

di

ris Armeniæ, filius Cæsarii, qui in mulie- Sæculum IV.
res libidinosus, prioris vitæ licentiam A. C. 357.
Martyrio expiavit. Filius indolem sor-
titus erat lenem, ingeniosam, & solertem,
at simul admodum meticulosam, & ad
voluptates pronissimam. S. Eustathius
Episcopus Antiochenus inter Clericos
eum recipere ob Doctrinæ perversitatem
noluerat, sed ipso proscripto, Ariani non
solum ad Clericatum, sed etiam Episco-
patum promotum Germaniciæ Cathedræ,
in Syriae, Cilicie, & Cappadociae
confiniis, imposuere. Ut hujus Sedis
Episcopus Concilio Antiocheno Dedica-
tionis anno 341. adsuit. Secta erat pure
Arianus, Aetii Discipulus, qui Dei Filium Athan. de
Patri in substantia similem negabat. Pa- Synod. p.
latii Spadones eundem in fide errorem 869. 913.
fovebant, sicutque hæc secta Anomeorum Sup. XII.
dicta a Græco vocabulo *Anomoios*, quod
dissimilem significat.

Eudoxio, Antiochena Sede occupata, *Theod. II.*
non ea hæresin occultandi cura fuit, quæ *hist. c. 25.*
antea Leontio; aperte Doctrinam Ca-
tholicam aggressus, modis omnibus, qui-
cunque sibi resistere auderent, persequen-
tibus. Aetius, comperta ejus promo-
tione, confestim ex Ægypto advolavit,
secum Eunomium adducens, & Antio-
chiæ commorationem toti terrarum or-
bi præhabens, quod ad Genium suum fa-
ctam Eudoxii indolem videret, place-
batque

Sæculum IV. batque communis in fidei Doctrina op-

A. C. 357.

nio, nec minus mollis, & libidinosa vita
ratio. Ergo Eudoxii Gnatho, & para-

tus erat, quippe gulæ illecebris captus,

quocunque pinguioris offæ nidor trahe-

Socr. II. ret, sequebatur. Eudoxius alumnum
e. 37. suum Diaconorum ordini, quem ei Leon-

tius primo contulerat, restituere cupiens,

in Concilio, quod propere convocave-

rat, rem proposuit, sed eorum, qui Aca-

tium oderant, potiora fuere suffragiæ,

nec eum Eudoxius, quantumvis optaret,

restituere potuit. Aderant quoque Aca-

cians Cæsariensis, & Uranius Tyrensis,

idem cum Eudoxio sentientes. In eo

Socr. IV. Concilio simul vocem *homoiosios*, & *bu-*

moiosios damnarunt, nempe nec in sub-

stantia similem, nec consubstantialem di-

cendum pronuntiarunt, ita hoc ipsum ab

Episcopis Occidentis fuisse definitum,

commenti; hæc autem, quam obtende-

bant, definitio, erat secunda Sirmiensis

formula, ab Osio subscripta, eaque Eu-

doxius, & Sectatores ejus in rem suam

strenue utebantur. Imo Ursacio, V-

lenti, & Germiniano per epistolas gra-

tias egerunt, quod ipsi potissimum, ne-

gotio feliciter consummato, Occidenta-

les ab errore ad veritatem reduxissent.

§. V.